e-codices

angelis si deo conparentur. Iam si quis perfecta
iusticia est animarum & spirituum & quos deus
creauit. in angelis est sanctis & iustis bonis. nul
lo lapsu auersis. nulla superbia cadentibus,
sed manentibus semper in contemplatione ubi
dei. & nihil aliud dulce habentibus nisi
a quo creati sunt. in ipsis perfecta iusticia est. In nobis
autem ex fide coepit esse secundum spiritum. Unde
dicit psalmista: Incipite domino in confessi
one. Incipite inquit initium iusticie nostre
confessio peccatorum. Coepisti non defendere
peccatum tuum. iam inchoasti iusticiam. Perfi
cietur autem in te. quando nihil aliud
facere delectabit. quando absorbebitur
mors in uictoria. quando nulla concu
piscentia titillabit. quando non erit

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 262, p. 230 – Beda in epistolas canonicas
(http://www.e-codices.ch/fr/csg/0262/230)